

regioque chronographo prudentissimo, omnifaria disciplina tum græca tum latina cumulatissimo, cum omni veneratione S.

Cogitanti mihi ac sæpius mente reuoluenti literarum græcarum studia cunctis sedulis rectorum disciplinarum sectatoribus non parum adiumenti, ne dicam consummationis, afferre, o præsulum insigne specimen Oliuieri, lectio iamdudum græcæ nice grammatices Theodori Gaze ac etiam Chrysolore Manuelis utilissima sane ac penitus necessaria philogrammateis enucleanda sese obtulit : quam quidem et nobis et reliquis insuper omnibus aliquando profuturam speramus. Porro, non his contenti progymnasmatis, altiora quædam rimari cepimus : que et emolumento simul et voluptati auditoribus essent, que etiam ad mores ac virtutes facerent, quum statim Septem illorum græcorum Sapientum (quos σοφούς vocant) saluberrima Apophthegmata symbolumque nobis occurrit pythagoricum, in quibus quidem quantum quidue habeatur doctrinæ neminem latere putauerim. Sane ubi sedulius his legendis immoror, plura manca ac minus castigata comperi ; verum non prius eorum intermisimus lecturam ac studium quam emunctiora ac castigatiora a nobis prodirent. Cæterum, quum impressioni ea tradere esset animus (opus ut ad iustam prodiret mensuram), tabulam Cebetis, Phocilidisque aurea poemata his consulto adiunximus. Hæc quoque nostra primitiæ immaturaque studia, quantulamcunque etiam operam tuæ benignitati (cui plurima ac maiora me debere profiteor) φιλόφρων φιλοφρόνως dedico, maiora tandem (Deo suffragante) suscepturus, que quidem, antistes σοφώτατε, sub tuo prodibunt auspicio. Vale, presulum splendidissimum iubar, Musuri tui memor.

Jean Olivier, abbé de Saint-Médard de Soissons, à qui est dédiée cette édition des *Sentences*, fut nommé, en 1517, abbé de Saint-Crespin de Soissons et, en 1532, évêque d'Angers. Il mourut en 1540. C'est pour lui que Georges Hermonyme avait copié le manuscrit actuellement *Bernensis 703*<sup>1</sup>.

Quant à Jacques Musurus de Rhodes, nous ne connaissons sur lui presque aucun détail. Nicolas Antonio affirme<sup>2</sup> que l'helléniste espa-

1. H. Omont, *Georges Hermonyme* (Paris, 1885, in-8°), p. 19 et 60.

2. *Bibliotheca Hispana nova*, t. II, p. 206.

